



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 9. Calumniæ in S. Athanasium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

sed post sex dierum spatium, cum adhuc spirantem invenissent, strangulant, sparguntque in vulgus, Paulum ex morbo decessisse. Philagrius Præfecti Prætorii Vicarius, qui tunc temporis ibi locorum morabatur, magnus Arianorum amicus, dolens forte, quod aliena potius, quam sua crudelitate occidisset, rem istam, ut peracta erat, multis narravit. Et S. Athanasius ab ipsis Arianis id se audivisse testatur. Ecclesia Latina S. Paulum Constantinopolitanum ut Martyrem honorat 7. Junii. Ecclesia Græca, ut Confessorem sexta Novembris. Obiit ad initium hujus anni 351. Philippum Præfectum, exilii ejus Auctorem, Divina ultio presso pede secuta est; nam, antequam integer annus volveretur, probrose officio privatus ad sortem privatorum recidit, tum patria ejectus, percussorem suum in horas expectans miserime periit.

Sæculum IV.  
A. C 351.

Martyr. 7.  
Junii. Me-  
mol. 6. Nov.

### §. IX.

#### *In Sanctum Athanasium calumniæ.*

At neminem Catholicorum, ut S. Athanasium, tam pertinaci odio prosequerentur Ariani; eum in Ecclesia sua quiete agentem, & ultra quadringentis Episcopis communionem junctum videbant; Papa, tota Italia, Sicilia cum aliis Insulis, tota Africa, Gallia, Magna Britannia,

Athan. ad  
solit p. 827.

Nn 5

Hispa-

Sæculum IV. Hispania, & magnus Osius; Pannonia,  
 A. C. 351. Dalmatia, Dacia, Macedonia, Græcia,  
 major pars Palæstinæ, tota Ægyptus, &  
 Lybia pacem, & unionem Ecclesiasticam  
 cum ipso servabant. Hæc, inquam, vi-  
 dentes Ariani invidia rumpebantur, ti-  
 more quoque, ne hæresis eorum ubique  
 devicta, & proscripta jaceret, vehemen-  
 ter agitabantur. Factionis Principes tunc  
 erant Leontius Antiochenus, Gregorius  
 Laodicensis, Acacius Cæsariensis in Palæ-  
 stina, Theodorus Heracleensis, Narcissus  
 Neroniadenus, omnes in Concilio Sardi-  
 censi depositi, cujus sententia eos confu-  
 sione oppleverat. Simul ergo omnes Im-  
 peratorem adeunt, & hunc in modum  
 perorant: *Nuper nullam apud te fidem  
 invenimus; dicebamus equidem, quando  
 Athanasium revocare statuisti, hunc vi-  
 rum revocando, nihil aliud te agere, quam  
 Doctrinam nostram exilio damnare. Huic  
 Doctrinæ a principio infestus, eam ana-  
 thematizare non desinit. Epistolis con-  
 tra nos scriptis mundum implevit. Pleri-  
 que Episcopi cum ipso communicant. Ali-  
 quos eorum, qui nobiscum sentire videban-  
 tur, in suas partes pertraxit, cæteros pro-  
 pediem habebit, & soli erimus. Reliquum  
 est, quod futurum non immerito timemus,  
 ut nos, & tu quoque Cæsar! nobiscum, hæ-  
 retici dicamur, & Manichæorum penas  
 subire cogamur.*

His

His rationum momentis graviora ad-  
debant, ad ipsum Constantium spectan-  
tia; *Athanasius iste*, inquebant: *jur-*  
*giorum inter te, & Imperatorem Con-*  
*stantem fratrem tuum occasionem dedit,*  
*nihil propius fuit, quam ut Imperato-*  
*res fratres bello civili implicaret. Bis*  
*in conspectum Constantis admissus, bis*  
*de te male locutus est. Tandem Ma-*  
*gnentii amicus fuit, ad quem dedit epi-*  
*scopiam, cujus exemplum habemus. Te*  
*præterito, Ecclesiam, cujus Gregorius*  
*fundamenta jecerat, Alexandriae dedica-*  
*vit, Ecclesiam tuo imperio, & sumpti-*  
*bus ædificatam. His dictis Constan-*  
*tii animum accenderunt, cumque tum,*  
*cum in Magnentium moveret, multi-*  
*tudinem Episcoporum, cum Athana-*  
*sio communicantium, vidisset suis ocu-*  
*lis, alienum ab eo animum induit.*  
*Nihil epistolæ, favoris plenæ, ad eum*  
*datæ, nihil promissa oretenus facta, &*  
*juramento confirmata, dum eum suæ*  
*Ecclesiæ reddidit, profuere; sed fixum*  
*mente stetit, caput quieti non dare,*  
*donec effecisset, ut, ab Episcopis Oc-*  
*cidentis damnatus, denuo Ecclesia Ale-*  
*xandrina pelleretur. Tantum Ariano-*  
*rum perfidia in Principis animum po-*  
*tuit!*

Sæculum IV.

A. C. 351.

Apol. 1.

Te p. 677.